



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 1. Gondius Cardinalis Romæ Papam salutans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

engens,
fautor
Patre
hære-
tamen
Mor-
Rotho-
omina-
lefimo
a Gre-
oratus
onyii,
Ovani,
, Bur-
batias.
inalem
em per
nissa

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ

LIBER CLXXXI.

CLEMENS VIII. PONTIFEX MAX.
RUDOLPHUS II. OCCID. IMP.

§. I.

*Gondius Cardinalis Romæ Papam
salutans.*

Jam supra memoravimus ingentem prorsus sollicitudinem, qua Gondius Cardinalis Romam veniendi licentiam a Papa impetrare studuerat: tandem vero ejus conatibus optatus adspirabat successus, ea tamen lege, ut haud amplius de Franciæ negotiis mentionem ficeret, cum tamen Cardinalis hanc unicam itineris sui rationem haberet: verum eo comperto Pontifex eidem clam promisit, ut in privatis duntaxat conventibus hujus regni negotia procurare, ac ibidem Regis jura studio urgere posset, simulque expositis Cleri Gallicani corruptelis, & necessi-

*Sæcul. XVI.**A.C. 1594.*

*Avila l. 14.
Lett. de
Card. D'os-
sat tom. 1.
Lett. au Roi
22. Decembr.*

Hist. Eccles. Tom. LI. Ff tatibus

Sæcul. XVI. tatus rationes proponeret, ob quas
A.C. 1594. extremum in Francia Religionis ex-
diuum timendum esset, si diutius, ac
pertinacius petita absolutio Regi dene-
garetur: insuper Gondius jubebat
nullum non movere lapidem, ut hæc
res ad prosperum deduceretur exitum:
enimvero summus Pontifex speciem
coram Cardinalibus fleti nescius ap-
parebat, & Henricum IV., ejusque fau-
tores carpebat, dum vero cum priva-
tis res agebatur, longe alium se ostendit,
quinimo immensa affundebatur læ-
titia, cum hujus Regis res juxta ex-
spectationem progredi intelligeret: ad-
hæc Gondio Cardinali tandem decla-
rabat, quod Henrico desideratam ab-
solutionem impetriri velit, adjectis ta-
men quibusdam conditionibus, ex qui-
bus tum nonnisi unicam manifestabat,
eratque hæc, ut Juvenis Princeps Con-
dæus ab hæreticorum consortio separa-
retur, eoquod Henrico prole mascula
destituto ipse aliquando solium con-
scensurus esset, proin illum in Re-
ligione Catholica educari expediret.
Henricus de hoc Pontificis petito cer-
tior factus mox illius voto satisfacere
festinabat.

§. II.